





B. N.
309.

Xm. 195.

DISPUTATIO
DE
SIMPLICIUM
MEDICAMENTORUM
FACULTATIBUS
XI.

*Ex Capitibus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. &
10. Libri quarti Galeni de simplicium
medicamentorum facultatibus
concinna:*

ET
Publici exercitij gratia in inclyta Argen-
toratensium Universitate proposita

MELCHIORE SEBIZIO,
DOCTORE ET PROFESSORE
Medicinæ, Comite Palatino Cæsa-
reo, ac Reipubl. Archiatro:

Respondente
GEORGIO FRIDERICO STOFFE-
LIO, Hericuria-Montbelgardens.

ARGENTORATI,
Typis EBERHARDI WELPERI.
M. DC. XLIX.

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
AMPLISSIMIS ET PRVDENTISSIMIS
VIRIS,

DN. JOHAN. HENRICO MOGGIO,
Inclutæ Imperialis Reipub. Col-
mariensis Supremo Consuli:

UT ET

DN. JOHANNI DÜRNINGERO,
DN. CONRADO ORTLIBIO,
DN. NICOLA O BIRKINGERO,
in eadem Reipub. Colmariensi Consu-
libus:

ITEM,

DN. CHRISTIANO SCHERBIO,
Prætori Reip. Colmar.

DN. JOHAN. JACOBO SALZMANNO,
Syndico Reip. Colmariensis:

*Dominis Patronis, Mæcenatibus, Fautori-
bus & studiorum meorum Promoto-
ribus benignis,*

Hæc Problemata Medica

velut

Animi gratissimi testimonium

D. D. D.

Georgius Fridericus Stoffel.



PROBLEMA

I.



Uid tractatum libro
præcedenti, & de qua re
hoc quarto agendum? Præ-
cedenti libro dictum de primis
simplicium facultatibus, quæ
a caliditate, frigiditate, humi-
ditate, & siccitate dependent, & quot modis tæ
calidum, frigidum, humidum & siccum accipia-
tur, quaque ratione modi isti explorandi sint, ex-
positum. Hoc quarto dicendum de qualitatibus
secundis, v. g. de emollientibus, relaxantibus, rare-
facientibus, condensantibus, emplasticis, digeren-
tibus, similibusque aliis, annexa doctrina de sa-
poribus, eorumque differentiis, & viribus. De qui-
bus etsi in fine libri primi hujus operis ex Pla-
tonis Timæo dictum sit, discrimine tamen no-
tabili de iisdem hoc libro differetur. Ibi enim con-
siderati fuerunt saporis, quatenus sunt τῶν
αἰσθητῶν, passionis sensibiles, h. e. lingua, sive gu-
stus objecta. Hic verò de τῶν καὶ δυνάμεϊν eorum
sermo instituetur: qua ratione non lingua so-
lum, sed etiam partes aliæ a saporum facultate
aliquid patiuntur: sed ἀπὸ τῶν τῶν αἰσθητῶν non per-
cipiunt. At lingua, præterquam quod patiatur

Ad 2 a sa-



à saporibus, cum in se habeat τὸ ἴσ ἀδύνατος ἀ-
κριβῆς, perfectionem sensus, etiam omnium eorum
naturas dignoscere potest. Etenim qualitates pri-
me non solum linguam calefaciendo, refrigeran-
do, humectando siccandoque afficiunt & alte-
rant, verum etiam alias omnes partes: discrimen
duntaxat in eo est, quod alia magis, alia minus
à qualitatibus illis alterentur: καὶ τὸ μᾶλλον
καὶ ἧττον, inquit Galenus, nequaquam καὶ τὸ
πάσχειν, ἢ μὴ πάσχειν. Lingua quippe commu-
ne cum omnibus aliis corporis particulis habet,
quod perinde, ut illa, dictas qualitates sentiat
atque dignoscat: peculiariter vero istud obtinet,
quod saporum differentias, v. g. amarorem, dulce-
dinem, salsedinem, acorem, austeritatem, acerbi-
tatem, acrimoniam &c. discernat: licet ἢ ὁμοιότης
τῶν παθῶν, similitudo passionum cum in aliis
partibus omnibus, tum maxime in ulceratis repe-
riatur. Nam cutis integra sua duritie & densi-
tate prohibet, quò minus facultates rerum foris
incidentium intrò in subjectã carnem penetrent.

Ut quæ dicta jam sunt, rectius intelligan-
tur, sequentia observanda sunt θεωρήματα.

I. Aliud est agere de saporibus, eorumque spe-
ciebus & differentiis: aliud de facultatibus, quæ
cum saporibus sunt conjunctæ. Priori modo agi-
tur de illis in fine libri primi: posteriori hoc
quarto.

II. Sapores quidem ipsi per se medicamento-
sas facultates in se non habent: sunt tamen
cum

quam facultatibus quibusdam conjuncti: & propterea corpora sapore aliquo prædita vim habent corpora nostra afficiendi: quæ vis à Galeno saporum facultas nuncupatur.

III. Hæc facultas, quæ cum sapore est conjuncta, varia est: quia sapor varius. Nam cum sapore acri conjuncta est facultas urendi & erodendi. Cum adstringente, utpote acerbo & austero, vis contrahendi & condensandi. Cum salso & amaro facultas abstergendi. Cum dulci facultas leniendi, mitigandi & temperandi. Cum acido facultas penetrandi, incidendi & attenuandi: &c.

IV. Lingua afficitur, tum à tactilibus qualitatibus, quia sensum tactus habet: tum à saporibus, quoniam instrumentum est gustus. Reliquæ corporis partes etiam à tactilibus afficiuntur qualitatibus, aliæ magis, aliæ minus, pro ut earum tactus exquisitior est, aut obtusior: habentque hanc passionem cum lingua communem. Verum, saporibus minimè percipiunt, ut saporibus, quos sola lingua sentit: sed sub alia ratione. V. g. lingua acetum percipit dupliciter: 1. quatenus acido sapore præditum & acre: 2. quatenus mordet & erodit. Pars autem alia exulcerata acetum sentit, non quæ acidum, aut acre, sed quatenus morsum infert sua acrimonia. Ita lingua piper sentit, & quæ acri sapore imbutum, & quæ rodit, & mordet, & calefacit. Sed acrimoniam sentit, tanquam saporibus, qui objectum, sive sensibile

proprium lingue est: calorem vero sentit, tanquam objectum tactus: quoniam ipsa præter gustum etiam tactu pollet. Ita orificium ventriculi idem sentit piper, non quia sapidum & acre, sed quia mordet & urit. Libr. 4. c. 1.

II.

Cum in fine præcedentis capituli dictum sit, ulceratam cutim, & consequenter etiam quamvis aliam erosam partem accuratius & exquisitius sentire res acres & mordaces, quam non ulceratam, haud immerito quaeritur, quænam sint mordacitatis causæ? Respondet Galenus, & frigus, & calorem mordacitatis causam esse: sed diversa ratione. Esse autem frigus *ἄκρως*, mordax, Hippocrates aphor. 20. sect. 5. docuit: & ipsa experientia testatum facit, frigus non ulceratis duntaxat partibus, verum etiam oculis, naribus, ori, aliisque externis, & internis corporis nostri partibus, utpote ventriculo & intestinis, mordax esse: ut quandoque difficile sit cognitu, num à frigore quis, an ab humorum mordicerur acrimonia? Multi enim mordacem intestinorum dolorem patiuntur: sed dubium est, an à calida, an à frigida causa is proveniat: nisi alia signa, v. g. à sensu caloris, vel frigoris, ab excretis, à febris presentia, aut absentia &c. petantur.

III.

Qua igitur ratione frigus, qua calor mordax dicatur? Frigus *ἄκρως* est τῷ διαστῶν δι-
vellen-

vellendo. Calor τῶ διαβιβρώσκειν τὸ συνοχὴς, erodendo quod est continuum. Cū enim calor & frigus sint contraria, & unum eundemq; effectum producant, ipsam videlicet mordicationem, necesse est, non uno eodemque modo illum proferre.

Quod autem frigus divellendo mordax sit, sic probatur. Q. eorum, quæ attingit, substantiam contrahit, condensat atque constringit, id partes à se invicem, quæ contigua, aut continua erant, divellit. Frigus hoc facit. Ergo.

Minor probatur. Q. tenues humores exprimit, id substantiam partium contrahit, condensat atque constringit. Frigus tenues humores exprimit. Ergo partium substantiam contrahit, condensat, atque constringit.

Hæc Minor declaratur exemplis. Nam frigus externum exprimit humiditates ex oculis, ut lachrymare videantur; ex narib. ut experimur in coryza; idque facit non in corporibus duris, sed raris & mollibus. Hæ enim, quando à frigore contrahuntur & comprimuntur, evenit, ut humores tenues exprimantur, partesque divellantur. Est namque frigidum simile manui comprimenti spongiam aqua imbutam, ex qua non nisi compressione & constrictione aqua effluit. Sic quoque frigus rara molliaque corpora promptè ingreditur, eaque constringendo, facit, ut tenues emanent humiditates. Ingressum partes circumquaque amplectitur, & veluti multis circumquaque ansis eas contrahens atque condensans à

A & A

consi-

continuis avellit. Que dùm partes patiuntur, ne-
cesse est, multa fieri spatia inania, non solum
quòd tenues exprimantur humiditates, sed etiam,
quòd mollis substantia contrahatur. Atqui spa-
tium inane in sibi continuis corporibus fieri mi-
nimè potest, si eorum servetur continuitas. Qua-
re si fieri id constet, perspicuum est, continua-
tem amitti, ac continuum corpus distrahi, ex
quo molesta mordaxque oboritur sensus affectio.
Lib. 4. c. 2.

IV.

Utrum calida, & frigida etiam alio mode-
ratione mordicationis inter se differant? *ἄ-
νωδον* sint, & mordicent? Maxime. Nam fri-
gida tardius & cunctantius mordicant: calida,
quia celeriter penetrant, citò, promptè & expe-
ditè id faciunt. Lib. 4. c. 2.

V.

Cùm utraque *ἄνωδον* sint, calida & frigi-
da, quæritur, utrum omnia, quocunque tan-
dem gradu calida sint & frigida, mordica-
tionis sensum inferre queant? Ad hoc quæsi-
tum Author distinctè responderet. Calida namque
vel temperata sunt, quæ propriè *εὐπαλὰ καὶ
σὺμπαλὰ* à Grecis dicuntur: *καλαχρησικῶς* autem
calida: vel excessivè calida. Priora grata sunt
atque amica. Funditur enim quod in corporibus
nostris constiterat, fueratque concretum. At hoc
affectu animalibus voluptas comparatur. Quod si
tamen moram traxerint, sensim quoque & ipsa
mole-

molesta evadant. Temporis quippe progressu ad
tantam deveniunt fusionis immoderationem, ut
etiam substantiam corporis nostri digerant, dissol-
vant atque dispergant. Verum hac ratione non
mordicatione infestant, sed animi deliquium ad-
ferunt, viresque deijciunt, adeo ut etiam mors
 tandem sequatur. Posteriora secant, distrahunt,
dividuntque corporis substantiam. Ideoque ne-
cessario mordacia percipiuntur, ut aqua fervens
& ignis.

Eodem modo quæ frigida sunt, vel medio-
criter talia existunt, vel immodicè. Illa contra-
hunt quidem, nondum tamen contacti corporis
continuitatem divellunt. Ideoque frigida dun-
taxat statuuntur, non etiam mordacia. Hæc non
contrahunt solum, sed etiam convellunt, & vio-
lenter condensant constringuntque. Propterea &
mordacia apparent. Itaque subjectam materiam
συνάγειν καὶ ἀναυῖν, contrahere & condensare,
frigidi semper est proprium: τὸ δὲ διαχεῖν καὶ
τῆκεν, fundere & liquare, proprium est calidi:
utriusque autem supra modum aucti communis
est mordicatio, τὸ δὲ ἀκρυῖν. Nam quæ summè
calida frigidaque sunt, præter omnes raras mol-
lesque partes, etiam cutem nostram invadunt.
Confirmat hoc Galenus proprio exemplo. Ait
enim, se quandoque iter fecisse per tam altam
copiosamque nivem, ut nulla terræ pars nuda
conspiceretur: aërem fuisse purissimum: & spi-
râsse à nive ventum quendam adeo frigidum, ut

non modò oculos, nares, & faciem totam mordicare, verùm etiam manus similiter afficeret, si quis illas proculisset, aërique exposuisset nudas. At quæ à summa caliditate & frigiditate absunt, cutem minimè mordicant.

Probat hoc primùm Galenus de frigidis. Quod frigus cutis continuitatem ob duritiem ejus distrabere (διαστῶνδς:) nequit, nec in profundum subire valet præ illius densitate, id cutem minimè mordicat. Frigus remissum & debile neque cutis continuitatem distrabere valet, ob illius duritiem, neque præ ejus densitate in profundum subire. Ergo cutem non mordicat.

Idem confirmat de calidis. Etenim, qui calor non erodit, sed duntaxat fundit, & interdum meatus promptè penetrat, is non mordicat. At remissus calor non erodit, sed fundit solùm, & nonnunquam meatus promptè penetrat. Ergo cutem non mordicat. Lib. 4. c. 2.

VI.

Conferantur aliquid ad inferendum mordicationis sensum tenuitas & crassities substantiæ medicamentorum? Omnino plurimùm. Nam frigida, quæ sunt λεπλομερῆ, tenuium partium, mordicant vehementius: eò quòd magis in profundum penetrant. Calida, quæ βαχυμερῆ sunt, crassarum partium, quoniam magis ulcerant, ideò violentius hoc nomine affligunt. Tenuiorum partium est Aër: crassiorum Terra: medium tenet Aqua, Aër accensus flamma fit. Ter-

ra pruna, sive ἄνθραξ. Aqua vehementem quidem caliditatem recipit: verum neque flamma, neque pruna effici potest, propter innatam humiditatem. Nam quod flamma est, & pruna, id ignis quoddam genus est. Atqui aqua ignis genus non est. Ergo neque flamma & pruna fieri potest.

Minor probatur. Q. est ignis, aut igneum quid, id calidum est & siccum. At aqua talis non est, neque fieri potest, ut sicca existat. Ergo neque ignis est, neque igneum quid. Imò neque ipsius ignis qualitates, perinde ut aër & terra, accipere potest. Lib. 4. c. 2.

VII.

Sitné aliquod medicamentum æquè calidum ut flamma, aut ut pruna, aut ut aqua fervens? Negat Galenus. Imò licet sit calidissimum, plurimum tamen in caliditate ab istis superatur. Procedit autem caliditas medicamentorum usque ad ustionem, μέγιστον καίνειν: ubi videlicet in crassa consistit substantia. Quæ verò calida sunt λεπτομερῆ, interdum planè non mordicant, sed tantum calefaciunt. Est autem ubi & mordicent, non tamen vrant. Lib. 4. c. 2.

VIII.

Quæ tenuium, quæ crassarum esse partium dicantur? Tenuium partium esse illa dicuntur, quæ εἰς λεπλὰ μόρια ταχέως διαλύονται, in tenues particulas celeriter solvuntur: crassarum verò, quæ id perpeti nequeunt. Causa autem istius solutionis calor est animalis nativus, qui medi-

medicamenta in actum deducit. Illi enim omnia
 applicantur. Quòd verò in tenues crassasue par-
 tes comminuantur, id medicamenta a sua ipso-
 rum natura obtinent. Quocirca medicamina re-
 frigerantia, quæ sunt παχυμερῆ, mordicare non
 possunt. Extimam enim cutis superficiem pene-
 trare nequeunt. At τὰ λεπτομερῆ, & facilimè pe-
 netrant, & in profundum subeuntia molles ra-
 rasque corporis particulas mordicant. Mordicant
 etiam magis ea λεπτομερῆ, quæ sunt τὰς κρᾶσεις
 ἀνώμαλα, inaequalem habent temperiem. Inequa-
 lem autem illam habent propemodùm omnia.
 Aut enim impossibile est, aut perdifficile, ullam
 invenire substantiam in medicaminibus, quæ ἀ-
 κριβῶς, ad amissim sit ὁμοιομερῆς, similarium
 partium. Probatum hoc exemplo vini, olei,
 lactis, succorum plantarum, & corporum metalli-
 corum. Vinum namq; partibus constat quatuor.
 Prima est excrementum quoddam crassum, quod
 cùm spatio temporis secernitur, & deorsum fer-
 tur, τρυξ, fex vini appellatur. Secunda, quæ
 ἀνθῶ, flos vini dicitur. Hæc dùm vinum fer-
 vet, supernatat, sed postea ad feces subsidit.
 Tertia, aquosa est, quæ toti vino permista, &
 primariò ac potissimùm fervet. Quarta, est
 αὐτὸς ὁ οἶνος οἶνῶ, ipsum reverà vinum.

Ostensum verò alibi, eandem esse & in oleo,
 & in lacte, & in aliis succis, multòque magis in
 totis plantis, metallicisque corporibus, ratio-
 nem, quòd scil. diversis consistant partibus. Ideòque
 cavend-

cavendum nobis, ne id accidat, quod plerisque omni-
bus, qui vires & facultates simplicium scrutan-
tur. De illis enim sic differunt, tanquam omnia
essent ὁμοιομεσῆ: ac propterea non concedunt, vi-
num, oleum, similiaque alia ex partibus diversis
facultatibus præditis constare. Imò mirantur, si
dicatur, acetum insitum vini calorem amisisse:
alienum verò ex putredine acquisivisse: cùm ta-
men hæc & Aristotelis, & Theophrasti quoque
fuerit sententia. Ajunt namque, vinosas vini
partes, dùm ipsum in acetum transit, refrigera-
ri: excrementum verò ejus aqueum putrescens,
extraneum & adventitiùm calorem nancisci,
quemadmodũ & reliqua omnia, quæ putrescunt.
Ideoque acetum fieri quiddam ex contraria fa-
cultatis partibus compositum: usque partim frigi-
dis, partim calidis, quemadmodum cineres omnes
combustorum lignorum. Etenim in illis ἐπιπέρι-
μα quoddam, h. e. igneus quidam fomes per exi-
guas particulas dispersus est, qui & valde cali-
dus est: reliquum omne terreum est & frigidum.
Hinc cùm cinis maceratur aqua, ac per corpora
modicè rara transcolatur, fit, ut calidæ & acres
partes unà per colum transeant: residuum au-
tem, quod manet, calidum ampliùs non sit, quia
igneas suas particulas in aquam deposuit. Vo-
cant aquam istam κοινίαν, lixivium: quod τῆ θα-
λάτῃ καὶ ἅλμῃ, aqua marine & murie est ἀνό-
λογον: idque & διαθέρσεως, & γενέσεως, & δυνά-
μεως ergò. Illa enim ex aqua & sale constant.

At

At aqua, quae cinerem abluie, tum ex ipsa, tum ex partibus, quas secum rapuit, composita, hoc pacto effecit lixivium: quod nisi antea ex aqua & αἰθαλώδεις μορίαις τῆς λέπιδας, fuliginosis cineris partibus confectum esse scires, procul dubio simplex & incompositum corpus esse existimares.

Simile quid in aceto nobis evenit. Nam cum ejus generationem sensu cernere nequeamus, rationi diffidimus. Verum, si nihil aliud, saltem omphacis, h. e. immature viae succi cum eo differentiam considerantes, equum esse credere sciemus, quod non acidus solum, sed & acris quidam alius ei permistus sit sapor. Quocirca succus ὀμφακῶν perfecte refrigerat: quia solum acidus, minimè acris. Summè etenim ardoribus prodest, sive ori ventriculi, sive totis hypochondrijs, sive cuivis alij parti, quam refrigerare libet, sit impositum. Secus verò se acetum habet. Non enim ἀκρίβως unum est: neque solummodo acidum, sed & alius quidam sapor, acris scilicet illi est permistus. Itaque, quod tantum est acidum, scilicet nullius alterius saporis particeps, quicquid fuerit, πάντως planè frigidum est, sive pyrum sit, sive pomum, sive sumach, sive fructus rubi, mori, mali punice, alteriusve arboris, sive succus, sive planta, ut oxylapathon, acetosa, &c. Nam si gustanti vehementer & manifesta illi inesse aciditas appareat, nec quicquam acrimonia per se ferat, deprehendes omnino, hunc succum refrigerantis esse naturae: eoque θάψσον, confidenter uti poteris ad ardores

dores hypochondriorum, erysipelata, aut alium
aliquem calidum affectum. E contra, frigidos
omnes morbos ab eo ladi manifestè comperies.
Quodsi mista tibi qualitas apparuerit cum acri-
monia, conijciendum, calorem quoque illi simplici
inesse. Sin juncta sit adstrictio, tum aliud esse
frigiditatis genus statues. Nam acida frigiditas
ἀποσπαστική est: at adstringens παχυμερής. Lib.
4. c. 3.

IX.

Qua ratione sapes rectè cognoscantur?
Certè non sola ratione: sed vel imprimis sensu
gustus. Est autem indagatio instituenda in ijs,
qua unum duntaxat saporem habent, eumque
ἐναγυέστατον, evidentissimum. V. g. si cognoscere
velis τὴν ἀκριμόνην, acrimoniam, illam maximè
deprehendes in allijs, cepis, & rebus similibus.
Gustabis autem illa συνεχῶς, assidue, plurimumq;
dentibus confringes & masticabis, & τὴν ἀδυσίαν
τῆ γιννομένην πᾶσι, sensum passionis memoria di-
ligenter infiges. Sin τὴν σφίσην, adstrictionem
venari studeas, eam in galla, sumach, & similibus
experieris. Si verò τὴν πικρότητα scire desideres,
nitrum & fel gustabis. Quodsi τὴν γλυκύτητα
explorare aveas, eam in Syrao & melle deprehen-
des. Est autem Syraum vox Attica: à Grecis in
Asia degentibus Ἰνμα, Lat. sapa nuncupatum,
veluti Galenus lib. 7. compos. med. κ. τοπ.
c. 2. docet. Quodsi τὸ ἀποσπαστικόν, quod qualitatè
sapida exerts est, aut τὸ μέτρον, medicum in sapore
inda-

indagare placeat, aquam gustabis, & ubi illam gustaveris, diligenter qualitatem ejus memoria mandabis, eamque maximè eliges, quæ neq; dulcis sit, neque amara, neque acris, neque acida: item, quæ neque ἰκανῶς, supra modum sit, aut calida, aut frigida. Hinc enim si fueris exorsus, promptius faciliusq; ad aliorum quoque obscurorum saporum cognitionem pervenies: & ad eorum etiam, quos Galenus γλυκῆς, dulces, alij verò ὑδαλώδεις, aqueos appellitant: qualis est τῶν καλάμων τῶν χλωρῶν, calamorum viridium, ἀγροσίου, graminis, tritici, hordei, Zeæ, & aliorum multorum, quæ Theophrastus recenset, quando inquirit, an plures sint ponenda dulcium saporum species, an verò putandum, eos non specie, sed tantum gradibus, majoris scilicet minorisque ratione inter se differre? Lib. 4. c. 4.

X.

Qualia sint medicamenta ἐμπλαστικά, quæ poros illinunt atque obturant, & num etiam sint δακνῶδη, mordicantia? Emplastica mordicantia non sunt: aliàs triplicia. Quædam ἄσποια ut aqua: excellentis frigoris & caloris expertia: minimè mordacia: sicca tamen & terrena. Nonnulla non terrena solum, sed & aquea natura. Aliqua etiam non parum æris in se habent: omnia tamen glutinosa.

Primi ordinis sunt amyllum, pompholyx, cerussa, calx, cadmia, terra Cretensis, Cimolia, chondrus, Samius aster & fullonum terra: ex quibus
qua

que acrimonia aliquid & mordacitatis obtinent,
exacte lavari solent, ut acrimoniam lotionem de-
ponant.

Secundi ovi albumen, caseosa lactis substan-
tia.

Tertij oleum dulce, & pinguedines, qua acri-
monia carent. Lib. 4. c. 5. & 6.

XI.

Sintne omnia pinguedinis & sevi genera
ἐμπλαστικά? Negatur. Dictum enim jam fuit,
ἐμπλαστικά esse, que acrimonia carent. At qua-
dam pinguedines acrimoniam & multam, &
igneam habent: ut tauri, & hirci, Bovis, & ca-
præ minus quidem illius possident: est tamen &
illorum σέας, sebum, πῶς δριμύ, quodammodo acre
& mordax. Horum enim animalium πικρὰ
pinguedo, proprie σέας, sebum appellatur, idque
ob crassitiam: quod non calidius solum, sed &
magis terrenum est, quam adeps suillus. Pingue-
do anseris & gallinæ, calidior est & siccior,
quam suilla. Quin & subtiliorum partium, &
ἡκιστα γρόδης, minimū terrestris. Sicut & omnium
ἀνῶν, avium. Nam & substantia ipsarum cor-
poris non parum aëris habet.

Quæcunque ergo pinguedines nondum ullam
nactæ sunt acrimoniam, emplasticam & illinendi
poros facultatem obtinent: eamque tanto effica-
ciorem, quanto sicciores magisque terrene fuerint.
Huius generis est etiam cera lota. Lotionem enim
& ipsa acrimoniam exuit, quam sortita est à
Bb melle.

melle. De cera autem Galenus verba facit, non
quæ natura sua amara est, qualis est pontica, quæ
amaritudinem ex absinthio, quo apes pasta, ac-
cepit. Ea enim, si vel sexcenties lota fuerit, ama-
ritudinem tamen non omnino amittit. Fugienda
quoque etiam illa cera est, quæ ex acri & thy-
moso melle confecta, quando animus est, medica-
mentum ab omni prorsus mordacitate alienum
preparare. Quapropter ad lavandum idonea est,
quæ ex melle tum aquosiore, tum minime morda-
ci facta. Lib. 4. c. 6.

XII.

Qualia sint adstringentia, τὰ σφονδα: qua-
lia acida, τὰ ὀξεα, tum substantiæ, tum pri-
marum qualitatum ratione, & quomodo
temperamentum eorum atque substantia
probetur? Adstringentia terrena & crassa
sunt substantiæ, qualitatis vero frigida. Acida
tenuis sunt substantiæ, sed perinde, ut adstrin-
gentia, refrigerantis qualitatis. Potest hoc pro-
bati dupliciter: sensu, sive inductione, & ratio-
ne. Prior probatio vulgo est notior, verum ad de-
monstrationem scientificam minus virium habet.

Probatio à sensu est ista. Fructus arborum,
quotquot nobis, ubi maturuerint, dulces appa-
rent, nuper nati, σπορβοι, acerbi sunt atque sicci,
scil. pro sua arboris quisque natura, uti Theo-
phrastus alicubi docet. Exempla sunt olive,
vua, poma, pyra, mora, palmula, sive dactyli, pu-
nica mala, quæ dicuntur granata &c. Sed fru-
ctus

Etis isti temporis progressu redduntur humidiores, acquiruntque ad *σπορόνια*, acerbiter, aciditatem: quam sensim exuunt, dumque maturescunt ac perficiuntur, dulces evadunt. Sunt fructus alij, qui non in arboribus, sed postea, cum sunt decerpti, conditique aliquandiu, dulcedinem acquirunt. Nonnulli non interveniente aciditate, sed palam ab acerbitate in dulcedinem transiunt, ut olive. Quod autem a calore maturescant, & omnes concoquantur, notorium est. Notorium quoque, calorem esse duplicem, alterum proprium & cuique ingenitum, alterum externum, ipsum nempe Solarem: qui tamen naturæ fructuum conveniens est ac familiaris.

Quod si cum initio essent acerbi, maturescen-tes vero progressu temporis dulcescant, sequitur, a calore provenire dulcedinem, a frigore autem acerbiter & aciditatem.

Quia vero in principio lignosi sunt, ut Theophrastus locutus, ideo sicci quoque sunt, simulque *σποροί*, acerbi. Cumque postea affluentis humoris copia acidus efficiat, manifestum est, saporem acerbum magis esse terrenum: acidum vero magis humidum. Recte autem huiusmodi sapor frigidus dicitur. Nam si adstringens sapor terrenus duntaxat fuisset, emplasticus, non *σποροί*, acerbus foret.

Ut quæ dicta jam sunt de frigiditate simplicium acidorum & adstringentium, sub quibus τὰ σπορά, acerba, καὶ τὰ αὐστηρά, austera

comprehenduntur, & quæ de adstringentium crassitie & siccitate, de acidorum verò humiditate in medium prolata, clariora fiant, placet ea in formam syllogisticam redigere.

Si fructus, qui maturi facti, dulces sunt, immaturi autem, & adhuc crudi, acerbi, vel acidi, sequitur, acerba & acida frigida esse. At prius verum est, ut exemplis probatum. Ergo verum & posterius, quod acerba & acida sint frigida.

Consequentia Majoris confirmatur. Q. est maturum, id est concoctum. Fructus, qui dulces ex acerbis & acidis facti, sunt maturi. Ergo concocti. Ergo concocti à calore, tum proprio, tum alieno Solis.

Contra, quod est acerbum, vel acidum, quod quidem, cum maturescit, acerbicatem & aciditatem deponit, id est crudum. Fructus allegati initio sunt acerbi, vel acidi. Ergo crudi. Ergo frigidi: quoniam cruditas à frigore: concoctio à calore.

Eadem frigida qualitas in adstringentibus, & consequenter etiam in acerbis & austeris simplicibus secundo loco ratione à Galeno probatur. Quæ linguam manifestè contrahunt, siccant & exasperant, ea sunt frigida: quoniam superioribus libris demonstratum, ab uno frigore corpora contrahi, constringi, & densari. At acerba atque austera simplicia linguam contrahunt, siccant, & exasperant. Ergo frigida sunt.

Quod eadem quoque terrenæ sint naturæ,
sic

sic confirmatur. *Quae inequaliter desiccant, ea sunt terrena. At acerba austeraque simplicia inequaliter desiccant. Ergo terrena sunt.*

Minor probatur hoc medio. *Quae exasperant, ea inequaliter desiccant. Acerba & austera exasperant. Ergo inequaliter desiccant.*

Eadem Minor hoc quoque syllogismo stabilizur, *Si aquea corpora equabiliter omnia penetrant ac pervadunt, iisque inseparabile est, ut etiamsi sint divulsa distractaque, rursus coeant atque uniantur, sequitur corpora illis contraria, terrena scilicet & consequenter etiam acerba austeraque, inequabiliter penetrare, & cum antea sint divulsa, deinceps nunquam facile coire. At prius verum est de corporib. aqueis. Verum ergo & posterius de terrenis, qualia sunt acerba & austera.*

Quod autem acerba austeraque corpora sint crassarum partium, acida tenuium, hunc in modum ostenditur. I. *Quae velociter transeunt in partibus sentientibus, ea sunt λεπλομερη: quae tardè, παχυμερη. Acida velociter penetrant & transeunt: acerba & austera tardè. Ergo illa λεπλομερη sunt, haec παχυμερη.*

Constat proinde, saporem acerbum atque austerum proficisci à frigore, & herere in crassa terrenaque substantia: acidum etiam à frigore prodire: sed in tenui substantia latitare.

II. *Quae in profundo magis agunt, ea sunt λεπλομερη, quia ob partium subtilitatem penetrant: quae verò in superficie suam actionem*

magis exercent, παχυμερῆ sunt: quoniam ob
crassitiam partium minimè in altum pene-
trant. At acida in profundo magis agunt & ope-
rantur, acerba in superficie. Ergo illa λεπτομερῆ
sunt, haec παχυμερῆ. Lib. 4. c. 7.

XIII.

Qua via, quave methodo saporum ipsi eo-
rumque δυναμεις investigentur? Antequam
Galenus methodum istam proponat, prius hypo-
theses quasdam iam in precedentibus traditas
repetit.

I. est, quòd nomina omnium saporum in me-
moriam sint revocanda, ut sciatur, cuinam sapo-
ri hoc, vel illud nomen sit impositum: quia no-
mina sunt rerum symbola.

II. quòd τὴν στυφὰ, acerba, τὴν ἀστυφὰ, an-
stera, σύφειν, adstringere dicantur: sed majoris
minorisque ratione inter se differant. Magis
enim adstringunt τὰ στυφὰ, minùs τὰ ἀστυφὰ,

III. quòd multae qualitates medicamentis in-
sint, non tantùm διαφοροί, differentes, sed etiam
μαχόμεναι πρὸς ἀλλήλας, inter se pugnantes, in-
terdum verò παντέπασιν ὑπεναντία, omninò sub-
contrariae.

His praesuppositis, ad methodum inveniendorum
saporum & facultatum illorum accedit, sequen-
tesque regulas tradit.

I. est: quòd exploraturus saporis alicujus qua-
litate, sive facultate, tale ad examen revoca-
re debeat simplex, quod non vario, sed unico
dun-

duntaxat sapore sic preditum. E. g. si velit in-
dagare adstringentis saporis δὲναιμν, necesse est,
ut id faciat non in tali aliquo simplici, quod
simul & adstringat, & mordicet, sed illud qua-
erat, quod absque mordacitate adstringat. Nam si
explorandum tale sumat, quod alium saporem
adstrictioni habet adjunctum, tunc frustra actio-
nem adstrictionis investigat. Incertum enim est,
num ob adstrictionem, an ob aliam quampiam
qualitatem illi admistam, an ob utrasque sic in
corpore egerit? V. g. chalcitis, misy, chalchan-
thos, sory, aris squama, cum simul adstringant
& mordicent, secundum utrasque qualitates in
quovis corpore actionem exerunt: nec tamen do-
cere nos aperte queunt, an ab adstrictione, an
ab acrimonia urendi facultatem habeant? Itaque
mittere illa praestat, & multa deinceps alia gu-
stare, quae unico adstrictorio sapore sint imbuta:
cujusmodi sunt balaustia, galla, cytini, hypocisthus,
folanum, glaucium, acacia, succus rhu &c. In his
enim, & similibus aliis exacte apparet sapor ad-
stringens, nec ullus habetur sapor alius. Ideoque
in illis expendere, ac diligenter explorare adstri-
ctionis actionem decet.

II. quod exploratio fieri debeat tum in opti-
ma corporum constitutione, quae sunt ἀριβῶς sa-
na, tum in simplicibus affectibus, seu calidis, seu
frigidis, seu humidis, seu siccis. Nam si sanum
corpus σαφῶς, manifestò refrigerare deprehenda-
tur, & calidis profit affectibus, evidentemque la-

boranti frigidam imprimat qualitatem, tùm au-
dacter pronunciare de adstrictione licebit, eam
refrigerare. Sin contrâ eveniat, & sana corpora
ab eo incalescant, calidique affectus exacerbentur,
frigidi verò juventur, credendum, medica-
mentum non refrigerare, sed calefacere.

Eodem modo procedendum in acribus sim-
plicibus, eaque in cepis, allio, pipere, pyrethro,
zinzibere, struthio, helenio, calce & c. experiunda.
Nam quemadmodum qui solani succum piperi
miscuit, neutrum rectè explorare valet, sic nec
que à natura sunt mista.

Pari ratione examinanda sunt acida, amara,
dulcia. Nimirum sapes isti in ijs explorandi
simplicibus, in quib. illi excellunt, & in quib.
quantum licet, soli observantur. Absurdum enim
esset, si quodvis v. g. acerbum, austerum, aut
amarum eligeres, & vires illius scrutari velles.
Nam si unum duntaxat saporem possideat, eadem
erit & ipsius simplicis pharmaci, & saporis illius
δοκιμασία. Sin multos, actionem edet mistam.
Quare unius adhuc illius, quod in examen & pro-
bam veniebat, obscura incertaque erit actio.
Libr. 4. c. 7.

XIV.

Quid iudicandum de illorum opinione,
qui dicebant, nihil prorsus de saporum fa-
cultatibus pronunciari posse, aut aliter iudi-
cium, sive examen & *δοκιμασίαν* de illis in-
stituendam esse? Respondet Galenus, utrumque
falsum.

falsum esse. Aliquid enim omnino de illis statui
posse, & non posse methodo alia vires saporum
investigari. Quod si hoc solum dixissent, ad ex-
plorationem qualitatum & facultatum medica-
mentorum nihil opus esse saporum consideratio-
ne, cum absque illa vires eorum sola experientia
invenire liceat, laude potius, quam vituperatio-
ne dignos illos Galenus judicaret. Verum, ubi
tanquam de re, necessaria quidem illa, sed ἀγνώστῳ,
incomprehensibili, differunt, dupliciter reprehen-
dendos arbitratur: tum quod rem non necessa-
riam habeant pro necessaria, tum quod consequi
eam se posse desperent. Vires enim & qualitates
medicamentorum ἀνάγκη, sufficienter, sola expe-
rientia, citra saporum considerationem, venari
licet: dummodo methodus sæpius præscripta obser-
vetur. Quæres, hoc si verum, cur ergo Galenus
etiam ex saporibus facultates simplicium inda-
gandas esse præceperit? Respondet, se de saporibus
egisse, non quasi vires simplicium alia ratio-
ne cognosci non possent, sed partim ut ostenderet,
qualitates & potestates pharmacorum ab ele-
mentis dependere, & horum misturam sequi: par-
tim ut eos redargueret, qui adstringentia omnia
calescere contendebant. Talia enim refrigera-
re, sive merè & purè adstringentia sint, sive alios
sibi sapes habeant admistos, experientia se com-
probasse asseverat. Præsupponit autem, prædomi-
nata illa fuisse in mistura, ita ut alios sapes
obscurarint. Eodem modo acida omnia, que

& ipsa adstringunt, sive merè acida, sive cum alijs saporibus conjuncta, refrigerare se deprehendisse affirmat. Merè autem acida sunt oxalis, & oxylapathum. Mista verò cum saporibus alijs, v.g. dulcedine, acrimonia, aut amarore, sunt mala punica, poma, pruna, vuae, mora, ficus, cerasia, acetum, cui acrimonia inest. Fructibus autem, quos Graci ὀνόπας vocant, dulcedo quaedam & acerbitas: quibusdam verò etiam quaedam amaritudo levis atque obscura est insita. Quae verò adstringunt pariter atque acida sunt, ea omnia manifestò refrigerare usu atque experientia didicit. Sola verò dulcia omnia, pro dulcedinis modo, protinùs etiam calorem continere. Nulla autem, quae χλια, valdè dulcia sunt, frigida esse. Modicè dulcia quaedam frigida esse non diffitetur, scilicet ea, quorum substantia admodùm aquosa existit. Verùm non adeò tamen frigida illa pronunciat, ut valdè acerba, & acida, sed ut illa, quae tepidum calorem, (χλιαρὰν θερμότητα) obtinent. Amara omnia calida statuit: ut sunt bilis, nitrum, vina valdè vetusta, ac numerosa seminum genera. Nam & semen ruta, potissimùm sylvestris, & tordyli, & spondyli, & melanthij, & lupini, magisque agrestium, orobi insuper, & iterùm potiùs sylvestris, & amygdala amara, quaedam cucumerum semina, & semen mali citrij, & infinita alia amara gustantibus se offerunt. Lib. 4. c. 7.

XV.

Quonam pacto fructus, qui initio sunt

594

στυφῶν, acerbi, progressu temporis quidam
planè dulcescant, quidam acescant, nonnulli
austeri fiant, aliqui etiam acerbi permaneant,
tūm quidam etiam pingues reddantur? *Ue*
Author causam dare possit, presupponit τὸ ἀυστη-
ρὸν, austerum, esse στυφῶν ἐκκελυμένον, acerbum
exolutum. Exolvitur autem τὸ στυφῶν, quod
corpus est frigidum & terreum, tripliciter: aut
θερμαινόμενον, incalescens: aut ὑγραίνόμενον, hu-
mescens: aut συναμφοτέρων ἅμα πάσχιον, utrumq;
simul patiens.

Si duntaxat incalescat, id nec humidius est,
nec mollius, sed durum manens solam acquirit
dulcedinem: ut glandes roburneae, sive quercinae,
& castaneae. Si tantūm humescat, siquidem ea
crassarum sit partium & aquea humiditas, auste-
rum evadit. Cujusque enim saporis vires aquea
retundit ac hebetat humiditas. Sin tenuium sit
partium & aërea, acescit. Frigidum quippe, quod
tenuè ac subtile, acidum saporem efficit. At si
pariter & humescat, & calefiat, humiditate
quidem aquea in dulcedinem, aërea verò in pin-
guedinem transit. Lib. 4. c. 8.

XVI.

Utrum in ejusmodi saporum mutatione
semper simplices, an verò etiam mixti acqui-
rantur saporès? Respondet Galenus, quoran-
dam fructuum saporem unum eundemque semper
manere: ipsos verò fructus mole tantūm & ma-
gnitudine crescere, nulla præterea magna acce-
dente

dente alteratione: quia & arbores eorum densis-
sima sunt, siccissima, & frigidissima. Et huius
ordinis fructus esse ilicis, arbuti, fagi, corni. Acer-
bus enim illorum sapor qui frigidus siccusque est,
talis ad extremum permanet, qualis erat ab ini-
tio. Ideoque simplex est.

Huius classis etiam fructus est vitis aminea,
qui saporis est austeri, ut & illius vinum. Item vi-
num Theraum, Scybeiticum, & Syraeum, quae tan-
tum dulcia sunt. Adhuc fructus & succus oleae,
qui exacte pinguis, sicut & amygdalarum, & se-
samorum &c. Nam id genus omnia vetustate
prorsum pingua evadunt: eò quòd in illis aquea
quidem excrementitiaque humiditas digeratur &
exhalet: propria verò a calore nativo elaboratur
atque exacte concoquatur. Lib. 4. c. 8.

Aliorum verò fructuum sapor est mixtus, v. g.
acerbus simul & dulcis: cuiusmodi est fructus myr-
zhi, pyri agrestis, & quercus. Magis tamen dul-
cis quam acerbus est fructus castanea.

Item austerus & dulcis: ut fructus palmae: &
inter vina Surrentinum, Sabinum &c.

XVII.

Qualia in activis sint amara? qualia quae
dulcia? Item qui fructus sint edules, qui non?
Quicumque fructus solummodo oleosi sunt, ij sunt
ἐδωδιμοί, edules quia dulces. Quibus verò ama-
ror aliquis ἐν τῇ μέλαβολῇ, scil. cum vel vetusta-
te, vel alia ratione corrumpuntur & depravan-
tur, advenit, ἀβρωτοί sunt, & edi nequeunt. Omne
namque amarum esui est ineptum. Fiunt

Fiunt autem amara à caloris excessu, & pro-
pterea calida sunt. Omnia autem dulcia cali-
da sunt, sed moderatè. Calida scilicet sicut aqua
calida, cujus contactus voluptati nobis est, præfer-
tim cum frigemus. Sic enim nos calefacit, dum
concretas frigore in nobis particulas fundat, non
tamen solvat, aut continuum distrabat. Ut igitur
talis aqua summa nos afficit voluptate ac
utilissima est: ita omne dulce alimentum cali-
dum est, sed non tanto calore præditum, qui nos
ledat ac molestus sit, verum qui intra limites se
contineat caloris fundentis, levigantis ac mol-
lientis. Lib. 4. c. 9.

XVIII.

Quali sapore prædita sint alimenta, quali
medicamenta? Alimenta dulcia sunt: quedam
magis, quedam minus. Ostendunt hoc fructus
omnes, quibus vescimur, animalium carnes, herba
multa, radices, flores & germina. Nam tametsi
inter ea quedam sint acerba, ut pyra sylvestria
& corna, dulcedine tamen aliqua participant:
nisi summè sint acerba, velut galla & rhus. Ve-
rùm hæc pro medicamentis magis, quàm pro cibis
usurpamus. Id quod Galenus hoc argumento pro-
bat. Quæ simplicia mulieres κίτλα, pica laboran-
tes, & quæ homines repleti, (πεπληρωμένοι) &
quibus stomachus est εκλυτός, exolutus, appetunt,
ea medicamentorum rationem habent. At acerba
atque austera mulieres pica laborantes, hominesque
repleti, & quibus ventriculus est εκλυτός, appe-
runt. Ergo medicamenta sunt. Rur-

Rursus, quæ homines esurientes respuunt & averfantur, ea medicamentorum respectum habent: alimentorum autem, quibus expleri desiderant. Atqui esurientes tum acerba, tum acida respuunt: dulcia verò & pingua appetunt. Ergo illa medicamenta sunt: hæc alimenta. Lib. 4. c. 9.

XIX.

Quotuplex sit universum alimentorum genus? Galenus dicit duplex esse cap. præced. 9. Unum, quod pingue: alterum, quod dulce.

Esse autem pingue in alimentorum albo, sic probatur. Q. est dulce, id alimentum est. Pingue quod est, dulce est. Ergo pingue alimentum est.

Quod autem omne alimentum aut dulce sit, aut dulcedine participet, hoc modo confirmatur. Q. corporis substantiam amissam reparat, id est dulce. Alimenta hoc faciunt. Ergo alimenta sunt dulcia.

Minor probatur. Si nutritio est τὸ κερωδέν. ἢ ἀναπλήρωσις, evacuati repletio, sequitur, alimentum, quo fit nutritio, id quod evacuatum reparare, & corporis substantiam amissam resarcire. At prius est verum. Verum ergo & posterius.

Q. autem substantiam evacuatam reparat, id natura est familiare. At hoc facit alimentum. Ergo natura est familiare.

Quicquid autem est familiare, οἰκείον, id etiam necessarium est ἰδὲ καὶ φίλον, jucundum & amicum.

tum. Dulce est familiare. Ergo & iucundum, &
amicum. Quod verò tale est, moderatè quoque
calidum est, scil. respectu corporis, quod nutritur.
Dulce est tale, iucundum scil. & amicum. Ergo
moderatè calidum. Lib. 4. c. 10.

XX.

An omnes in universum appetant, quæ
dulcia sunt? Responder Galenus, quod dictum
modò, intelligendum esse de ijs, qui benè valent,
& benè sunt temperati, neque ulla alia tenentur
affectione: sed tantùm naturali fame premuntur,
que ex sola nata inanitione, citra ullam intem-
periem. Probatum hoc sequenti argumento.
Qui sola inanitione laborant, tantùm replenti-
bus & alentibus reb. delectantur, easque etiam
appetunt. At qui fame premuntur, ceteroquin
sani sunt & benè temperati, sola laborant ina-
nitione. E. tantùm replentibus & alentibus reb.
delectantur, & illas quoque appetunt. Talia au-
tem sunt dulcia & pingua. Ergo ijs & delectan-
tur, eaque etiam appetunt.

Qui verò intemperati sunt, ut cholericici &
phlegmatici, immoderata appetunt: & propterea
non solum quæ replent, sed etiam quæ alterant,
desiderant. Talibus enim cibi aliàs alijs iucun-
diores videntur. Lib. 4. c. 10.

XXI.

Quotuplex ergo sit τὸ ἡδύ, iucundum? Du-
plex: alterum, quod implet id, quod vacuum est,
cujusmodi est alimentum: alterum, quod medetur
ei,

ei, quod est alteratum, & medicamentum vocatur. Hinc fit, ut cibi, si non solum vacuatis exhibeantur corporibus, sed etiam qualitate aliqua mutatis, duplici nomine delectent, ut alimenta, & ut medicamenta. Ut medicamenta, quatenus refrigerando, calefaciendo, siccando, aut humectando juvant & prosunt. Ut alimenta, quatenus sunt σύμφυλα καὶ οικεία τῶν ὅλων τῶν τροφόμενων εἰσίων, cognata & familiaria totis nutriendorum substantijs. Talia autem sunt, quæ respectu eorum, quæ nutriuntur, moderatè sunt calida. Lib. 4. c. 10.

XXII.

Quid ex hisce consequatur? Nec alimentorum, nec medicamentorum unam omnibus animalibus esse speciem.

Probatur hoc sequenti syllogismo.

Quorum eadem natura & temperatura non est, eorum idem alimentum & medicamentum esse non potest. Alia enim alijs delectantur & juvantur: cum alia ad hominem, alia ad aliud animal sint moderata, aut immoderata. At animalium eadem natura & temperatura non est. Ergo neque eorum idem alimentum & medicamentum esse potest. Lib. 4. c. 10.

XXIII.

Sintne igitur alimenta dulcia & calida? Omnia: sed cum hoc discrimine. Primum quod alia sint minus dulcia, ac ob id minus calida. Alia magis dulcia, & proin tanto calidiora, quanto

quantò sunt dulciora. Alia immodicè calida,
quæ dulcia non sunt, sed amara: quemadmodum
exemplo mellis & aliorum dulcium declarari po-
test. Mel quippe amarum fit coctione vehementi
& vetustate. Deinde, quæ tantum dulcia sunt,
tantum alunt. Quæ præter dulcedinem alios
etiam in se sapes habent, & alunt, & alterant:
ideòq; & medicamentorum, & alimentorum ratio-
nem habent. Quæ nil dulcedinis obtinent, solum
alterant, & medicamenta dicuntur. Lib. 4. c. 10.



COROLLARIA.

I.

Utrum mors sequatur magnas cordis
intemperies? Ita videtur Galeno cap. 18.
libri 3. simpl. Probari hoc potest, tum ratione,
tum experientia. Ratione tali: quoniam si
ad vitæ conservationem opus est partium naturæ
naturalis, ergo multò magis cordis, quod anima
est regia, quodque hoc nomine vitæ principium
appellatur: quo vivente, vivunt partes reliquæ:
quo intereunte, intereunt: quo languente, lan-
guescunt. Naturali verò cordis naturæ mutata,
neque boni spiritus vitales, neque sanguis vitalis
probus ac laudabilis generari potest. Necessè igitur
est, ut & cordis calor natus vim patiatur.
Sed quia per hæc tria cor reliquum corpus regit,
idque

idque à putredine præservat, facitque, ut partes illius suas obire actiones queant, ideò illis à statu naturali depulsis, mors tandem subsequitur. Experientia verò: quia per febres heclicas, quæ cor arefaciunt, per febres ardentes, quibus illud tum resiccatur, tum vehementer ardet; per affectionem hysterica, in qua id insigniter refrigeratur, adeò ut & pulsus, & respiratio cesset, homo vitæ jacturam patitur.

Observandum autem hîc est, quòd magnis quidè cordis intemperiebus mors superveniat: non tamen necessum sit, ut cujuslibet mortis causa ad intemperiem illius referatur. Potest enim mors causari etiam per vulnera cordi, & potissimum sinistro illius thalamo, inflicta. Potest & accidere per venena, quæ non manifestis qualitatibus, frigida, calida, humida, aut sicca, sed occultis atq; abditis cor alterant.

II.

An verum, quod Galenus libro tertio simpl. cap. 18. scribit, mori animal, si cor actione sua privetur? Si totaliter privetur, verissimum est: quia vitæ principium est: quia partes à putredine tuetur: quia sine ipsius spiritu, calore, & sanguine ceteræ partes actiones suas exercere nequeunt. Sed obijci posset strangulatus ab utero, in quo universum corpus refrigeratur, cor quiescit, respiratio cessat, vox perit, & ut plurimum etiam sensus ac motus aboletur, ut scæmine mortuæ videantur. Respondetur, mulieres

lieres hoc affectu correptas aut extinguere, quod fit ut plurimum, praesertim quando malum istud in summo eas gradu apprehendit: aut ad se quidem redire, sed gradum vitij non fuisse supremum. Ideoque & pulsus, & respirationem aliquandiu fuisse suspensam: aut ita saltem obscuratam, vix ut animadverti potuerit: idque propter cordis refrigerationem, quod *ἀναπνοή* non requirit, sed *διαπνοή* contentus esse potest calor exilis. Habet namque affectus iste varias differentias, scilicet pro partium, ad quas aura maligna effertur, & pro ipsiusmet causa in quantitate & qualitate varietate.

III.

An omnia, quae frigida sunt, crassae sint substantiae? Frigida, quae terrena, aut aquea sunt, crassa existunt: quae vero vel acrimoniam aliquam in se habent, vel aciditatem, tenuis sunt essentia, & propterea penetrant, incidunt, atque aperiunt. Testantur hoc acetum, oxalis, succus citri, succus limonum, succus auranciorum acidorum, spiritus vitrioli & nitri, &c. Sunt & frigida quaedam, quae neque acria, neque acida sunt, & tamen tenuitate partium praedita: ut radices graminis, endivia, cichorium, hepatica, chondrilla, hieracium, semina melonum, cucumerum, cucurbitarum, citrullorum, &c.

IV.

An consuetudinis tanta sit vis atque potentia, ut ea, quae noxia, imò venenata sunt,

homini nihil nocere queant? Quanta vis sit
consuetudinis, vel ex eo liquet, quoniam à Medi-
cis & Philosophis ascititia & acquisititia Natu-
ra dicitur. Μέγα, inquit Aristoteles sect. 28.
problem. 1. ἔθ' ἐστὶν ἐκείνη. φύσις γὰρ ἕκαστου
ζῴου, consuetudo res magna est cuique. Fit
enim quasi Natura quadam. Est namque, ait
idem, sect. 21. probl. 14. exercitatio: & assue-
scere est sæpè & crebrò aliquid facere. Ideoque
habitum rei in nobis parit, non satietatem.

Hinc idem sect. 1. problem. 46. scribit, con-
suetudinem vim inferre medicamentis, & effice-
re, ut ea, quæ ventriculo mandamus, non amplius
medicamenta sint, sed pro alimentis recipiamus.
Ut pisces, docet iterùm problem. 1. sect. 28.
in aëre, homines in aqua degentes malè habent:
sic quæ morem mutarunt solitum, agrè & mole-
stè ex consuetis discedunt: eodem verò rediisse, sa-
luberrimum est, perinde quasi ad suæ naturæ sta-
tum redierint. Tabescunt item alimento caren-
tes, quo antehac copioso suavissimoque uti sole-
bant. Quod enim cibo solito non vescantur, per-
inde afficiuntur, ac si nullum prorsus capiant.
Hinc causa patet, cur aliqui egrotent, ubi vitam
vivere luxuriosam assueti luxuriosè agere cessâ-
runt, ut Dionysius Tyrannus, quod in urbis
suæ obsessione aliquantum temporis à potu solito
destiterit, rabe protinùs laboravit.

De consuetudinis potestate testari quoq; sunt
Alexander Aphrodisæus, Theophrastus, Gale-
nus,

nus, & Plinius. Alexander l. 1. problem. 37. quarit, cur ex frigore omnes corporis nostri partes rigeant, sola facies non rigeat, cum tamen detecta frigori pateat? Et responder, causam esse, quod facies, cum semper detecta sit, aeris mutationi assueverit. Iuvare autem plurimum ad resistendum consuetudinem atque exercitationem.

Theophrastus l. 9. de hist. plant. c. 18. asseverat, omnium medicaminum vires debiliores in assuetis deprehendi: in nonnullis etiam omnino inertes. Quosdam enim integros ellebori manipulos esitasse, & nihil tamen inde fuisse afflictos: idque Thasix & quorundam pastorum exemplo confirmat: qui elleborum quotidie manducarunt. Fieri enim, subdit, ut pleraque ex medicamentis, propter hominis consuetudinem, vim suam amittant, nec amplius medicamenta esse queant. Cum enim a Natura acceptantur, devincuntur, & conficiuntur, ut non amplius medicamentorum rationem habeant.

Galenus l. 3. simpl. c. 18. refert, anum quandam Atheniensem auspiciatam esse ab exigua Cicute portione, & nullo incommodo ad magnam progressam esse illius copiam. Principio enim paucum ipsa devictum esse exiguitate: at consuetudinem, qua altera est Natura, plurimumque potest, naturalem reddidisse Cicute esum.

Plinius l. 25. cap. 2. narrat, Mithridatem, maximum sua aetate Regum, qui, ut idem habet l. 7. c. 24. gentibus 22. imperavit, totidemque

linguis jura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus, quotidie bibisse venenum, presumptis remedijs, ut consuetudine id sibi innocuum fieret. Idem l. 7. c. 18. memorat, Julium Viatorem e Vocontiorum gente foederata, Equitem Romanum, in pupillaribus annis aqua subtercutem fusa morbo prohibicum humore a Medicis, Naturam fecisse consuetudine, atque in senecta potu caruisse. Alios quoque consuetudine mutata sibi imperasse perhibet.

Quantum consuetudini tribuerit Hippocrates, ex aphor. 17. sect. 1. aphor. 49. sect. 2. & aphor. 50. sect. 2. apparet, Vult enim in diata praescriptione rationem haberi $\tau\alpha\ \epsilon\theta\alpha\varsigma$. Laboribus assuetos, tametsi invalidi sint, aut senes, insuetis, quamvis robustis, aut juvenibus, facilius consueta tolerare exercitia dicit. Quae denique longo tempore consueta sunt, etiamsi deteriora sint, insuetis minus molestare affirmat.

V.

Rectene dicat Galenus l. 3. simpl. c. 20. vinum vetus frigidorum venenorum remedium esse praesentissimum? Cum Galenus persuasum habuerit, Cicutam, Mandragoram, Hyoscyamum, Opium, Meconium, Papaver, frigida esse gradu quarto, suaeque frigiditate deleteria, & in albo venenorum reponenda, recte quidem frigiditati excessiva caliditatem vini opposuit. Elegit autem vinum generosum, tenue, clarum, giluum, odoratum, mediocriter annosum, & quod, dum
tempe-

temperatur, plurimam aquam exposcit. Tale
namque admodum calefacit, & facile in totum
corpus distribuitur. Verum, cum nos dicta simpli-
cia non tam manifesta, quam occulta qualitate
deleteria & venenata esse statuamus, idcirco
etiam credimus, vinum non manifesta qualitate
calida, sed potius alia aliqua abstrusiore, qua
praecipue in spirituosa illius substantia, qua cor,
ventriculum, aliasque corporis nostri particulas
roborat, reficit atque instaurat, posita est, dicto-
rum simplicium antidotum esse. Confirmat nos in
nostra sententia, quia experimur, spiritum vini,
tum vulgarem illum, quem communiter vinum
ardens vocant, tum alterum, singulari Chymico-
rum studio preparatum, eximium $\omega\rho\phi\upsilon\lambda\alpha\chi\iota\kappa\acute{o}\nu$
in peste esse. Huc accedit, quod Dioscorides
antidota multa adversus Hyoscyamum, Mandrago-
ram, & Meconium cum vino meraco prabu-
erit: ut videre est libro 6. c. 15. 16. & 17.

Ceterum, non sine causa Galenus vinum me-
diocriter vetustum elegit: quia quod valde an-
nosum est, ut jam ad corruptionem, acetum, scil.
aut vappam, inclinet, antidoti loco esse nequit.
Quemadmodum vero vetus nimis languore caloris
naturalis laborat, sic novum crude humiditatis
admistione frigidius, & consequenter debilius est,
quam ut antidoti nomen mereri queat. Utilissi-
mum ergo hoc in casu illud est, quod neq, valde
vetus, neque plane novum est, sed quod mediam
assecutum aetatem,

VI.

Num Acetum & vappa sint unum idemque? Vappa Horatio, vinum marcidum Statius nobis verrochner vnd verdochner Wein / unum idemque non sunt. Vtrumq; quidem corruptum vinum est, sed modo diverso. Acetum quippe putridum non est: Vappa autem vinum putredine corruptum dicitur. Et in Vappam facile convertitur vinum tenue, album, & aquosum, quod Medici ἀλιγερὸν appellare solent: quia debilem habet calorem, & plurimum humoris aquosi. Hinc calor ejus promptè ab ambientis caliditate evocatur, & aquosa illius humiditas putrescit. Vinum contra generosum calidius est & siccius. Idem non facile putrescit. Acescit autem à Sole, vel igni calefactum. VII.

Num verum illud Galeni, nullum refrigerantium ἡ φύσις, h. e. natura & substantia, sed tantum ἡ ποσὸς, quantitate modum excedente, deleterium esse? Sic statuit ille l. 3. simpl. c. 18. Sed malè: quia experientia reclamat. Sunt enim multa refrigerantia simplicia, quae non ποσὸς, excedente frigiditate, sed qualitate alia, eaque abdita atque occulta, in deleteriorum albo continentur: V. g. Fungi exitiales, Datura, sive Stramonium, Solanum furiosum, Cicuta, succus viridium foliorum Coriandri, Taxus, Hyoscyamus, Napellus, Cerebrum felis &c. Ut enim hominem interimant, non opus est magna quantitate. Parva ad internecionem illius sufficere potest.

F I N I S.

24d 2663

ULB Halle 3
006 549 195



1009

MA

6



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.



12

IM
UM

8.9.85
licium

Argen-
ofita

ZIO,
SORE
Cæsa-

OFFE-
enf.

ERI.

